

d. s. sent. Rome, quam Doctores citati reddunt, tum etiā quoniam provisionis intimatio non est citatio, nec aliquid jurisdictionale continet, sed est quadam monitio, & certioratio monitorialis, quæ nullam arguit, nec supponit superioritatem, ac propterea à quocunque iudice, carente jurisdictione etiam aliàs incapace laico, scilicet fieri potest clerico, tanquam actus extrajudicialis; ita probat gl. celebris in c. cum causis de off. deleg. (quæ inter utramque citationem hanc ponit differentiationem) Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. 24. n. 8. docent Jacob. Butrigo. Paul. & Bald. in l. testamta omnia, per text. ibi. C. de testam. Bal. in l. prescriptio. C. si contrarius, vel util. publ. Feli. in c. cum inter, col. 8. de excep. tio. Jafred. Lanf. Balb. in suis observatio, decis. 323. incipit. citatio. Marant. de ord. iudicio. 4. p. d. 1. n. 46. ubi pulchre Bobad. in polit. l. 2. c. 1. n. 131. qui asserunt, quod si quis compareat coram iudice seculari dicens, iuri suo esse conforum, ut aliquid intimaretur alicui clerico, ut certiorato præjudicium fiat, ut interpellatus constitutur in mora, seu mala fide, ut ad hunc effectum prædictus iudex seculari licet potest facere dictam intimationem, & certiorationem, seu monitionem, de quo nos latissime supra, hoc cap. a n. 129. tractavimus, circa intimationem provisionis ordinariæ: ergo sequitur manifestè, ut ad illam provisionis Regiæ intimationem non sint necessaria requisitoria literæ, maxime ut evidentur dilationes, quas violentia pendens non patitur, prout superius diximus hoc cap.

Tutius tamen erit, ut ipsa provisio presentetur in eodem tribunali Regio: ubi deget iudex vi opprimens, scilicet, in el. acuerdo, cum petitione negotii facta relatione, ut jubeat cuilibet tabellioni illam intimare, si intimatione facta, provisioni non obtemperet, secunda iussio ab eadem audientia Regiæ à qua prima emanavit postuletur, & illi prout supra intimata, ulterius illo recusante à violentiā desistere, tertia iussio cum temporalitatem occupatione (prout superius) expediatur, ad hanc autem exequendam utile iudicarem, ut tribunal per quod expeditur, referibat (non per viam requisitoria, sed simpliciter cum urbanitate, facta negotii simplici relatione) alteri tribunali Regio, ut comminatas poenas exequatur.

Secunda autem difficultas, quæ oritur ex d. l. Regia, supra, citata ad principium hujus §. illa sit, an duobus iudicibus degentibus in diversis limitibus dictorum tribunalium Regalium, se invicem inhihentibus, & à quolibet sit emissa appellatio, ad quod tribunal pro tollenda violentia sit recurrendum; quam quæstionem dilucidè tractamus infra, 2. cap. 10. vers. bis, & ordine successivo difficultis, &c. a n. 52. cum multis sequentibus, in simili proposito, & n. fin. ex cuius doctrinis rectè ad hanc nostram tollendam difficultatem inferri potest, ubi enim proposuimus illam quæstionem, si iudex in uno degens districtu, expediat literas inhibitorias contra alium iudicem, in alio districtu degentem, à qua datur inhibitione appellatio, quod horum tribunal pro illius delatione per viam violentiæ adeundum sit, in quo tres casus distinximus: quod aut appellatio emittitur à iudice inhihito, eo quod se dedit pro inhihito, certans appellans ab eo, quæ minus justè inhibitioni non legitimæ acquievit; & tunc cum appellatio debeat interponi coram hoc iudice gravante, sine dubio ad illud tribunal recurrendum est, sub cuius limitibus reperitur iudex opprimens, à quo appellatur, juxta nostram l. Regiam ad principium hujus §. citatum.

Secundus casus sit, quando appellatur ab expeditione inhibitionis, & sic à facto, & gravamine iudicis inhihentis, & tunc similiter non est dubium, quin id tribunal pro tollenda violentia sit adeundum, sub cuius districtu inhihens deget, prout hoc distinctionis membrum, & superius latè pluribus doctrinis applica-

tis in d. c. 10. comprobavi, pro quibus mirabilis est doctrina Aloisii Riccii in prax. decis. 326. per totam, & optime vide quæ nos infra, 4. p. c. 4. a p. 41.

Tertius casus est quando à facto, & à gravaminibus utriusque iudicis & sic ab expeditione inhibitionis, & à iudice inferiori, dante se pro inhihito, simul est appellatio emissa, & tunc probavimus, & resolvimus, quod cum ista causa sint effectæ unum continens, ac propterea dividi non possint, tum quælibet Regalis Curia pro tollenda violentia super toto negotio adiri poterit, quod ex identitate rationis idem diximus in d. c. 10. ad fin. procedere in duobus iudicibus, ad invicem se inhihentibus, à quorum singulis inhibitionibus, utraque pars appellavit, quia ut dictum est continentia causa dividi non potest, & ideo cuilibet Curia pertinet cognitio super violentia, ob denegatà delationem utriusque appellationi, si utraque pars appellans cõqueretur, ex rationibus fundamentalibus ibidem adductis, juxta simile doctrinã, de qua per Joan. Andr. & Philipp. Fran. in reg. in abs. de reg. jur. n. 6. Abb. in c. fin. n. 25. de for. cõpet. Bal. in l. si quis non dicam rapere, col. 3. C. de Episc. & cler. Martil. in l. uni. n. 100. C. de rapt. virg. & in l. fin. n. 110. C. de jur. omn. jur. dum tractant de eo, qui existens in uno territorio emisit sagittam sine scelopum, & occidit aliquem in alio territorio existentem; ut hoc casu uterque iudex sit iudex competens, ne continentia causæ dividatur quam doctrinam esse communem testatur Abb. d. n. 25. Alberi. in 4. p. statuto, q. 79. Nell. de bannit. in 2. p. 1. temp. d. q. 8. Clar. d. q. 27. versum posse, Pract. Corrad. tit. de inquisitio. n. 18. vers. Ab. tamen usque ad n. 17. Prosp. Far. in pract. crim. 1. tom. tit. de inquisit. q. 7. n. 46. aliàs enim maximum sequeretur absurdum, si ad utrumque tribunal recurri posset, & deberet, quoniam diversa, & contraria decreta utraque pars reportaret, & pro exequutione magna sequeretur repugnantia, aliena à natura hujus cognitionis extrajudicialis, nudæ protectionis, & defensionis naturalis, vide latius in d. c. 10. & pro omnibus iis casibus vide mirabiles doctrinas, de quibus nos infra, 4. p. cap. 4. prope finem, vers. ultimo pro necessario fundamento, a n. 41.

§. V.

De his causis, & negotiis, quibus denegatur recursus ad supra prætoria per hanc viam violentiæ.

SUMMARIUM.

- 1. Judicare unum ex pluribus cum Prator vetat, cetera committere videtur.
2. Exceptio firmat regulam in contrarium.
3. Regalia specificata quadam in venditione alicujus terre à Rege facta, & aliqua excepta, omnia regalia ultra excepta veniunt.
4. Casus nonnulli juris rationibus sunt excepti, ut trahi non possint ad Regia prætoria per viam violentiæ, quidam absolute, & quidam deficiente demum qualitate.
5. Cause spectantes cognitioni sancti officii sive civiles criminales, non trahuntur per viam violentiæ ad Regia tribunalis.
6. In regno Aragonum juris firma denegatur in causis ragentibus sancto officio.
7. Manifestatio persona occulte non datur in Regno Aragonum in causis spectantibus sancto officio.
8. Causa inquisitionis plus scandali, quam militatis asferrent, si contra earum naturam & sigillum ad Regia prætoria traherentur.
9. Opprimi potius, quam proteggi infideles debent.
10. Regulari in utriusque sexus causis super correctione, & visitatione

- statione Monachorum regularium & Monialium non venit ad tribunalia.
11. Abbates & Pralati in suis Religiosis, quorum sunt iudices Ordinarii, jurisdictionem ordinariam habent, & de eorum causis cognoscunt.
12. Indecens esset religiosorum excessus in tribunalibus recitari.
13. Religiosorum correctio, & qualibet sententia Pralati, non recipit appellationem regulariter, & ubi admittitur non suspendit.
14. Religiosorum Pralati vim exequendo non faciunt, quia eorum sententiæ non suspenduntur per appellationem.
15. Religiosi appellantes à correctione sui Pralati non possunt in Francia recurrere ad Parlamentum.
16. Religiosi non possunt appellare.
17. A Pralato excedente modum correctionis, & visitationis licita est appellatio.
18. Cevallos varius, & perplexus, an causæ religiosorum trahantur per viam violentiæ, reprobatur.
19. Religiosorum causas etiam super electionibus gestas à Prioribus generalibus, & aliis Superioribus inter Monachos, hactenus est inauditum, trahi ad tribunalia per viam violentiæ.
20. Lex Regia, prohibens causas religiosorum trahi per viam violentiæ, interpretatur.
21. Actus ubi determinatio non apparet, ab usu & consuetudine informatur.
22. Religiosorum causæ quilibet, quæ est Tridentino tractari possunt coram ordinariis, per viam violentiæ ad Regia prætoria trahi possunt.
23. Idem in causis contentiosis pendentibus coram religiosorum conservatoribus, & aliis iudicibus.
24. Concil. Trid. sess. 21. cap. 8. explanatur, & seqq.
25. Ordinarius, quando in defectum superioris per eum admoniti sui religiosos non visitandis & corrigentis potest visitare, an ob denegatam appellationem ab ordinario possint religiosi ad Senatum recurrere per viam violentiæ.
26. Subrogatus an debeat servare statuta ejus, in cuius locum subrogatur, an propria.
27. Episcopus visitans religiosos in defectum superioris juxta Trid. observat eorum instituta prout superior.
28. Causæ, Bullam cruciatæ, subsidium, & excusatam tangentes quomodolibet, non trahuntur per viam violentiæ ad Senatum.
29. Apostolica tres gratiæ, scilicet, Cruciatæ, subsidii, &c. concessæ sunt, ut exercitus Regius fortis reddatur in defensionem Ecclesiæ.
30. Commissarius generalis Cruciatæ quomodo in dictarum gratiarum executione se habeat, & quam, & à quibus jurisdictionem habeat.
31. Commissarii generales, Ministri, & subdelegati, coram quo sunt conveniendi in casibus tangentibus suum munus.
32. Doctor Perez de Lara Senator ab Authore laudatur.
33. Commissarius Cruciatæ tenetur in singulis diocesis subdelegatos nominare, cujus qualitates, & de quibus possint cognoscere, & quomodo.
34. Tribunalia supra sunt inhihita, ut nullatenus possint cognoscere, etiam per viam violentiæ de causis vertentibus coram Commissario Cruciatæ, & eorū subdelegatis.
35. Subsidii repartitio non suspenditur per appellationem, nec contradictionem, sed ejus statim fit executio.
36. Subsidii recollectio, & solutio non recipit appellationem.
37. Subsidium charitativum pro alimentis etiam impostum ab Episcopo non recipit appellationem.
38. Scholasticorum causæ vertentes coram Magistro scholarum Salmantino, & ejus locum tenente, non trahuntur ad tribunalia per viam violentiæ.
39. Scholasticus, reus, an possit conveniri coram iudice ordinario, si deget ultra duas dietas.

Salgado de Protect. Reg.

- 43. Dieta quid sit, & à quo incipiat loco, usque ad quem finiatur, & quid sit stadium, remissive.
44. & 45. Lex Regia de dicta apposta intelligitur respectu scholastici alii inveniendi coram Magistro scholæ.
46. & 47. Scholastico Salmantino in remotis degenti convento coram Ordinario dantur conservatorie literæ per suum Magistrum scholarum, ut remittatur.
48. Casus de facto referuntur circa declinatoriam scholasticorum, & eorum remissionem ad Magistrum scholarum.
49. Scholasticorum causæ pendentes coram de legato à Magistro scholarum in remotis, an partes trahi nequeant ad supra prætoria per viam violentiæ.
50. A subdelegato delegati cum clausula (appellatione postposita) licet appellare.
51. Causa sui natura exequibilis ad quemcumque vadat delegata, transit cum sua qualitate.
52. Qualitas rei inherens cum ea transit, quocumque vadat.
53. Scholasticorum privilegium non propter Magistrum scholasticorum, sed propter ipsos scholasticos datum est.
54. Privilegii durante causa ipsum debet durare.
55. Senatus Regius à Salmantino Magistro in incompetentiam, vel ab alio iudice Ecclesiastico excommunicatus, potest cognoscere de causa violentiæ ad petitionem fiscalis Regi ejusdem tribunalis.
56. Secus si iudex excommunicatus sit sub alterius tribunalis districtu, quia ad idem erit recurrendum, ibid.
57. Causæ, quæ non absolute sed deficiente qualitate ad Senatum non trahuntur per viam violentiæ, quæ sint.
58. Et de ratione.
59. Qualitas attribuens jurisdictionem prius debet consistere.

CUM prætor unum ex pluribus judicare vetat, cetera committere videtur. Verba sunt Pauli Juriscon. lib. 17. ad edictum relata in l. cum prætor. ff. de judic. etenim per cognitionem earum causarum, & negotiorum, quæ ad tribunalia supra non videntur per viam violentiæ, facillè cognoscendum, quæ jure trahi queant, cum exceptio firmet regulam in contrarium, l. nam quod liquide, §. fin. 1. respons. ff. de pen. legat. l. questum, §. denique, in fin. ff. de fundo instructo, text. junct. gloss. in authent. de non alien. vel permur. rebus Ecclesiæ, collat. 2. c. 2. de conjug. leprof. cum aliis, ita ut casus specialiter ab hac regula non exceptus à lege, sub ea comprehendendi, dubitabit nemo. Cum enim Princeps hoc regale supremis suis tribunalibus concessisset, à quibus aliquos expressim casus excepit, ceteri omnes censentur commissi ultra exceptos, ex Ludovico Romano in suo eleganti consilio 271. incipiente Vos tota, ubi dicit, quod in venditione terræ sancti Lufidii facta per Ladislaum Regem Ungariæ, veniunt gabellæ, & juxta exituræ, quæ sunt regalia, ex quo in venditione, quedam regalia iura specificata & postea quedam excepta, quæ exceptio firmat regulam in non exceptis ex supradictis iuribus, quem refert Everard. in locis legali. loco ab exceptione ad regul. fol. mibi 55. in princ.

Et quamvis, hucusque dictum sit, defensionis remedium, & recursus saluberrimum, & præstantissimum esse ad propullandas, & sedandas injurias iudicum Ecclesiasticorum iustis appellationibus non deferentium: tamen jure nostro Regio meritò, iustisque, & legitimis rationibus aliqui sunt casus excepti, quibus inhihita sunt Cancellariæ supremæ, ne ad eas per hanc viam violentiæ traherentur; quidam tamen absolute, & sine aliqua distinctione, quidam autem non absolute, sed deficiente qualitate ex priori genere.

Primus ille est, in causis, nempe tam civilibus, quam criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquisitores Hæreticæ pravitatis, & ad iudices bonorum

publicatorum, etiam sub praxetextu sublevandi vi oppressor, sed qui appellare voluerint in supra scriptis causis adire tenentur sacrosanctum Senatum supremum sanctæ Inquisitionis, quod ita ex Regiis decretis prohibitum extat, ut post Jacobum Simancas de *Catholicis insitu. cap. 36. n. 2.* tradit Salced. in *additio. ad prax. crim. Bern. Diaz. c. 102. litera A. pag. mihi. 327. colum. 1.* ubi refert Regium decretum circa hoc editum Berg. die 7. Martii anno 1508. revocatum 1553. circa quod legendus est d. Simancas, Cæned. in *collecta. ad decreta. colum. 17. n. 4. fol. 128.* ubi dicit in his casibus in Regno etiam Aragonum, nec juris firmam etiam pendente appellatione dari, idem tenet Sese in *tractat. de inhb. cap. 30. §. 1. à nu. 44. cum seqq.* ubi etiam dicit in illo Regno non habere locum manifestationem personæ, qua uti solet iustitia Aragonum super manifestanda qualibet persona occultata, seu aliter injustè detenta à quolibet iudice, & quod in iis causis spectantibus Inquisitionum cognitioni; non habeat locum cognitio per viam violentiæ, tenet idem Sese noviter in *epistol. ad Regem, num. 99.* quæ est in primo tomo decil. ad princ. Rodrig. *de annu. reddit. l. 1. quest. 17. num. 75.* nam cum in illis negotiis tanto procedatur secreto, ut nec idem parti testium copia detur, nefas esset, & minùs rationi congruum, tales lites contra ipsorum naturam, rectumque, & necessariu procedendi modum præ oculis tantorum, diversorum generum, tantique personarum concursus, in supremis regalibus Cancellariis de gentibus, publicè referre, imò scandali plus afferret, quàm utilitatis; pro quo bene facit text. in *cap. refecandæ 24. q. 3.* cuius verba sunt: *Refecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corruptantur, putrescant, & intereant.* Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, per totum orbem ejus flamma populata est: ecce text. qui hujusmodi personarum genus potius opprimi, quàm defendi permittit.

¹⁰ Secundus casus eadem fermè ratione fundatur, & non venit ad tribunalia, nempe; à correctione, & visitatione monachorum regularium, & monialium, ut probat l. Regia 40. tit. 5. l. 2. *recopil. in hæc verba: Porque somos informados, que los negocios Eccelesiasticos, tocantes à visitacion, y correccion de religiosos, y religiosas, que se hazen por sus superiores, trabe inconvenientes, traher se por via de fuerza à las audiencias, asì por razon del Secreto, que conviene tenerse, de lo que ellos se trata, y por el breve despacho y otras causas: por ende mandamos à los Presidentes, y Oydores de las audiencias, que no se entremetan, à conocer de semejantes negocios, ni mandar traher ante ellos tales processos por via de fuerza in manera alguna, por que quando en esto veyere que proveer, los del questo Consejo proveeran.* Nostras Rodrig. *de reddit. q. 17. l. 2. n. 75.* nam cum à suo iudice ordinario, nempe Abbatibus, & Prælatibus, qui absque dubio in eos religiosos singulos jurisdictionem ordinariam, non verò delegantem habent, qui de eorum religiosorum subditorum causis cognoscant, quemadmodum & clerici Episcopum, & provisorem ejus, ut relato Emanuèle Rodr. *l. 1. tit. quest. Regularium, q. 65. art. 13.* tenet Joan. Gutier. *l. 1. praes. q. civil. 4. q. 64. n. 2. versiculo pro quorum, & postmodum in versiculo, in 2. casu principalis* imò in eos religiosos majorem potestatem habent, quàm domini in servos, ut latè comprobat Philip. Franch. in *cap. 3. circa princ. de appell.* multum enim indecens videretur excessus religiosorum quibus honestas, & exemplum magis, quàm ceteris commendatum est in tribunalibus eorum rusticis, & idiotis plurimis ibi frequenter assistentibus, recitari, quod absque scandalo id fieri nullo modo posset. Et quia ad effectum hujus recursus, & remedii nullum appellantibus religiosus per Senatum prætari poterat quoniam nihilominus quòd regulariter prohibita

bita sit appellatio à quacunq; sententia lata per Prælatos & Abbates in suos subditos, & quando in aliquo casu permittitur, non suspendit effectum sententiæ; imò ea non obstante potest procedere ad executionem, ex text. oppresso in *cap. ad nostram 3. in ordin. de appella. ex ratione adducta.* Quia verò remedium appellationis non est inventum ut alicui à religionis & ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitiâ patrocinium exhibere, &c. ubi Abb. latè, & Philip. Fran. num. 3. & quia talis appellatio frustratoria iudicatur ut ex Lancelot. *de attentat. 2. part. cap. 12. lim. 18. num. 8.* ea propter, cum à tribunalibus isti prælati non possunt juberi deferre, càm nullam vim committant exequendo; frustra traherentur processus & meritò ad eos trahendos provisio negatur, propter circuitus vitandos; agitur *lem. audit. de rescript.* & ita tenet Rodrig. *ubi proxim.* & eadem ratione idem dicit servari in Francia circa appellationem tanquam ab usu non admittatur à Senatu, seu Parlamento. Rebuff. *tit. 3. tractatum, tit. de appellat. tanquam ab usu, art. 1. gloss. 1. n. 23. 24. & 25. fol. 936.*

Et quod in Francia non possint Religiosi appellantes à correctione sui superioris Prælati recurrere ad Parlamentum Regium, tanquam ab usu, sed imò potius appellatione non obstante, possit Prælatus exequi, tenet Scacia *de appella. q. 27. lim. 26. n. 9. & 10. versiculo ego non discid.* Gregor. Tholosæ. in *tract. de appella. l. 2. cap. 10. n. 7. versic. in Gallia. fol. 156.* & quod Religiosi non possunt appellare, tenet Covar. in *praes. q. cap. 23. sub n. 6. versicul. 8.* idem tenet Domini. à Soto *lib. 5. de just. & jur. qu. 6. art. 3.* dicentes, sanctè, & ac religiosè in religionibus Monachorum appellandi ulum sublatum fuisse, nam etiam si posset accidere, Monachum aliquem injuria læsum affligi à Prælato; tamen multa damna ex appellationibus sequerentur, quæ religionis nervum, & decus potissimum macularent: idem tenet Manuël. Rodrig. *quest. regul. qu. 29. art. 2. Aragon. 22. q. 69. art. 3. Cerol. in prax. 2. part. verb. regulares, versic. 6.* idem Rodrig. *tom. 1. qu. 29. art. 3. & in summa. in fin. tit. de ord. judic. cap. 13. n. 5.* idem restatur Sese *tract. de inhb. tit. c. 29. §. 1. sub n. 44.* & idem in *epistol. ad Regem, n. 99.* & sic ex utraque ratione, tam ratione scandali vitandi, de quo in l. Regia, quàm ratione appellationis prohibita; nullo modo admittitur Religiosus in correctione ad recursum Regium. Hoc jure utimur, nam ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptantur. *l. nam ad ea ff. de legibus.*

Sed dictam tamen regulam, quam ut firmissimam hæctenus firmavimus, appellari non posse à Prælato religioso gravante, & opprimente suam subditum religiosum, limitandam esse, quando in correctione, & visitatione Prælatus modum excessit, quia tunc potest licitè appellare Specula. *tit. de appellat. §. in quibus autem casibus, Franch. in c. de prior. n. 31. sub n. 1. de appellat. Card. Alexand. in d. c. ad nostram. l. 3. n. 3. versiculo nota 2. & Decius n. 1. & seqq. Marant. de ord. judic. 6. part. actus 2. prin. verb. & quandoque appellatur, lim. 27. sub n. 333. Gregor. Tholosæ. de appellat. lib. 2. c. 10. & apertius à n. 8. fol. 151. Ruguël. eodem tract. §. 2. c. 3. n. 229. Scacia de appella. q. 17. lim. 26. nu. 12. & de excessu Prælati in visitatione, vide multa per Pavin. *tract. de visit. l. p. qu. 10. per totam, fol. 189.* & sequentibus, & ita intelliguntur, prout loquuntur, Navarr. *l. 2. conf. tit. de appell. conf. 4. n. 5. & in cap. nullam 18. q. 2. n. 51.* prout & illud intelligit, & sequitur Cæned. in *Canon. q. 26. sub n. 22. vers. advertendum tamen est.**

Quæ limitatio probatur ex text. in *cap. de prior. 31. de 19 appell. quem ita ibi intelligunt, & interpretantur Doctores citati, & est optima glossa ibi *verb. contempserit,* & est text. in *cap. licet, de off. ordin. & ita illum etiam intelligunt Doctores communiter ibi Calderi. *consil. 3. sub tit. de appell. Anchara. conf. 42. Abb. in d. cap. ad nostram, num. 7.***

num. 7. & ibi Felin. n. 7. Decius num. 1. de appellat. quare dicendum est, perperam intellexisse illum Ceval. *de cognitio. per viam viol. 2. p. quest. 95. à prin.* quo motus, nimis variat in hujus articulis typis cognita resolutione, ac insuper ad subvertendam l. Regiæ, & communis, ac incommutabilis praxi determinationem, qui quidem à num. 1. usque ad n. 20. de verba verbum transcripsit (dullo addito, vel dempto verbo) Cæned. in *quest. canon. 16. à n. 10. per quatuor columnas,* eo tamen non citato, & quod ipse ultimo loco addit ex suo Matte vulgari praxi repugnat.

²⁰ Siquidem in d. q. ad princ. dicit vim facere religiosos Prælatos, suas in subditos sententias exequi, appellatione remota, & postmodum, postquam in articulo nullam firmam assumpsit resolutionem, an debeat admitti appellatio in causis religiosorum, necne, quia modo unum, modò aliud indeterminate sentit: tandem in n. 20. & seqq. resolvit, quòd si appellatione non obstante mandetur executioni sententia superioris erit articulus violentiæ, & insuper dicit non obstante sua resolutioni nostram l. Regiam 4. tit. 5. lib. 2. *recopil.* quia (dicit) loqui in causis visitationis, & correctionis religiosorum, & postmodum continuativè n. 24. dicit (& sic non est permittà appellatio, nec cognitio per viam violentiæ, nisi judex excedat modum) sed miror tanti viri, ex quo si attentè legatur, nulla poterit firma resolutio deduci, quia in tota quæstione variè, & contrariè loquutus est.

²¹ Sed tu, ne fortè decipiarius, scias quod causæ religiosorum quæ fiunt, & geruntur per eorum superiores, Piores, Guardianos, Rectores, Generales, Provinciales, & similes, quia sive directè, sive indirectè, semper tendunt ad correctionem, & regimen religiosorum: nullo modo possunt trahi ad supra prætoria per viam violentiæ, sive in eis prohibita sit appellatio (prout regulariter prohibetur) sive permittà sit (prout quando exceditur) nec hæctenus visum, nec auditum fuit inter praxicos, & expertos tribunalium advocatos, & Senatores hujusmodi personarum causas ad illa exportari per hæc viam; imò nec in gravaminibus & excessibus super electionibus, nec super aliis rebus, quæ [ui dixi] geruntur inter religiosos per eorum superiores; trahi, unquam permittum est, & sic non video, quomodo ipse Ceval. deviare ausus est à tam frequentè, & omnibus tribunalium etiam minimis officialibus notoria, & usitata praxi.

²² Et quia dicta lex Regia non se fundat tantum in permissione, aut prohibitione appellationis in similibus causis [quia hæc ratio illius fuit subintellecta] sed in pace, quiete, & conservatione status religiosi, cum illius nervus, atque decus consistat in eo, ut ne faciliè causæ suæ extra religionis ambitus deducantur, ex quo non levia jurgia, ac perturbaciones orientur in gravissimum religionum detrimentum, prout considerant Soto, & Covar. *ubi supra,* & quando circa hoc d. l. pateretur aliquam difficultatem, universalis; perpetua, & firmissima, justissimaque ab usu & praxi recepta consuetudo sufficiens fuit, illam legem intelligere, interpretari, & declarare, quia actus, ubi determinatio non apparet, ab usu, & consuetudine informat, & regulatur, latissimè plura congerens adducit Mier. *tractat. de major. l. p. quest. 48. à n. 71. usque ad num. 77.* Sese *decif. l. 13. num. 183. & 184. tom. 1. & idem in tract. de inhb. cap. 8. §. 3. à n. 143. Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 1. §. 11. n. 4.* Cæned. in *q. canon. 45. sub n. 29.* & nos latissimè plures congressimus supra. c. 1. *circ. justificationem consuetudinis immemorialis, à prin.* ergo si non observat incommutabilis, & justissima praxi, quia minimè sunt mutanda, quæ certam interpretationem semper habuerunt ex juribus vulgariis.

²⁴ Unum tamen est, quòd in iis casibus, in quibus per Salgado *de Protect. Reg.*

Concil. Tridentinum permittum est ordinariis, de causis religiosorum cognoscere (de quibus dilucidè per Cæned. in *canon. quest. 26.* & alios, de quibus nos latius *infra, 3. tom. 6. p.*) poterit licitè per religiosos recurrere ad Regium Senatum per viam violentiæ, qua sunt oppressi ab eisdem ordinariis, quia tunc jam dictæ causæ exeunt ambitum, & claustra religionis, & in illis cessat ratio nostræ legis; item etiam idem dicendum erit, & à fortiori in causis, de quibus cognoscunt religionum conservatores in foro contentioso, juxta Trid. *sess. 14. c. 5.* & nos suo loco dicemus *infra, tom. 3. §. p. c. 6.* ac etiam alius quilibet judex extra religiosum, cognoscens de qualibet religionis causa ex identitate rationis, & ita practicatur.

Sed quid dicendum circa dispositionem Concilii Trident. *sess. 21. c. 8.* dum loquendo de religionibus, in hæc inquit: Et si in eis vigeret observantia regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regalium superiores juxta eorum regularia instituta, debitam vivendi rationem observent, observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, & moderentur. Quòd si admoniti intra sex menses non visitaverint, vel cortexerint, tunc idem Episcopi etiam ut delegati Sedis Apostolicæ eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi superiores possunt juxta eorum instituta, quibuscunque appellationibus, privilegiis, exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus, &c. an tunc data contumacia procedente ordinario in religionum correctione, poterunt ob negatam delationem appellationi ab eo interpositæ confugere religiosi ad Regium Senatum pro violentia tollenda.

Et videtur quòd sic, per doctrinam Bald. in *l. certum, cap. 5. sub n. 22. versiculo item dubitatur, versus fin. Cod. unde legiti. & unde cog.* quem refert, & sequitur Socin. *conf. 195. circa prinum, sub n. 1. vers. & præmissis, l. 2. dicentes,* quòd si per statum sit assignatum unum tempus Capitaneo, & aliud potestati, & in aliquo casu potestas sit substituta Capitaneo, debet potestas judicare secundum ordinamenta potestatis, & non secundum ordinamenta Capitanei, quia subrogatus non tenetur servare statuta ejus, in cujus locum subrogatur, sed propria. Sequitur Scacia *de appell. quest. 18. n. 15.* ergo tenetur Episcopus admittere appellationem, sicut in cæteris causis, & religiosi poterunt uti Regio recursum.

Sed contrarium verius, tum juxta verba dicti Concilii *ibi:* Prout ipsi superiores possunt juxta eorum instituta) quæ enervant vires doctrinæ Bald. hujus casus respectu, & sic cum omnibus suis qualitatibus debet correctionem, & visitationem gerere, prout religiosi superiores attenda causarum natura propria; tum etiam quia in eadem correctione eadem vigerat ratio fundamentalis nostræ legis Regiæ 40. propter quam in iis religiosorum causis recursus impeditur, & ita firmiter tenendum est in præsentis difficultatis resolutione.

Tertius casus est in omnibus causis, & negotiis attingentibus quoquo modo, vel attingere valentibus tres gratias, seu concessiones à Pontificibus concessas, multis confirmationibus vallatas, Principibus Catholicis Hispaniarum Regibus, nempe Bullam sanctæ Cruciatæ, subsidium, & exculatum, eò motis, quoniam cum ipsi Catholici Reges proprium suum patrimonium pro Ecclesia, tam devoto zelo consumpsissent, ut protervi, & infideles, hæretici, & idololatræ ad Ecclesiæ communionem, & consortium reducerentur, juxta ea quæ Justinian. Imperatori inquit in 25. constitutione de contributorum indulgentiis, *ibi:* Nam erarium cum multis prægravatum debitis, & ad extremam redactum inveniremus inopiam, ære alieno in nos suscepto onere pariter, & magna difficultate sublevavimus, & rem militarem, quæ jam necessarium rerum inopia defluerat, ut undique republica Barbatorum labefa-